

erit uox. ut quātū uis longe positorū aures adimpleāt. Lectorum ordo formā & inīcium a prophetis sumpsit. Sunt ergo lectores qui uerbum dei p̄dicant. quibus dicitur. Clama ne cesses. quasi tuba exalta uocē tuā. Isti quippe dum ordinantur. primū de eorum conuersatione Episcopus uerbum facit ad populū. deinde coram plebe tradit eis codicem apicū diuinorū. ad dei uerbum adnūciandum. Iste ergo doctrina et libris debet esse imbutus. sensuumq; ac uerborum scientia perornatus. ut distincte & aperte sonans. audientium corda possit instruere. Psalmistarum id est cantatorum principes siue authores. fuere Dauid siue Asaph. Isti enim post Moysen. psalmos primi composuere & cantauerunt. Mortuo Asaph. filij eius in hunc ordinem subrogati sunt a Dauid. erantq; psalmiste p̄ successionē generis. sicut & ordo sacerdotalis. ipsiq; soli continuis diebus in templo canebant. candidis induti stolis. ad uocem unius respondente choro. Ex hoc ueteri more ecclesia sumpsit exemplū nutriendi psalmistas. quorū cantibus ad affectum dei mētes audientium excitent. Psalmistam autem & uoce et arte p̄clarum inlustrēq; esse oportet. ita ut ad delectamentum dulcedinis animos incitet auditorum. Solent autem ad hoc officium etiam absq; sciētia Episcopi. sola iussione eligi. quicūq; in cantandī arte probabiles huiusmodi constiterint.

#### DE HOSTIARIIS.

#### Ca. XII.

**h** Ostiarij sunt qui & Aeditui et ianitores in lege dicebantur. Hij apud Hebr̄eos in ueteri testamento electi sunt ad custodiam templi. quiq; ordinati per uices suas. omnia interiora tēpli uel externa custodiebant. ut non ingrederetur in eū immūdus in omni re. Dīcti autem hostiarij quod p̄sint hostijs templi. ipsi enī tenentes clauem. omnia intus ex utraq;

parte custodiunt, atq; inter bonos & malos habentes  
iudicium, fideles recipiunt, respuunt infideles.

**QVOS OPORTEAT AD SACRVM ORDINEM ACCEDERE, ET QVO ORDINE, Ca. XIII**

*Et ab diaconi*

Anones & decreta Zosymi pape decernūt, ut  
c clericus qui ad sacrum ordinem accedit, inter  
lectores siue exorcistas quinq; annos exoluat;  
exinde Acolythus ul' subdiacōs quattuor annis fiat,  
Ad benedictionem quoq; diaconatus non minoris eta-  
tis quam xxv. annorum accedat, in quo ordine quinq;  
annis expletis, si inculpabil' ministrauerit, ad presby-  
teratus honorem promoueri poterit, non tamen ante  
triginta annos etatis, licet ualde dignus sit, quia & dñs  
noster non ante tricesimum annum predicare exorsus  
est, De quo gradu si eum auctior ad bonos mores uita  
perduxerit, summum pontificatum accipere poterit,  
hac tamē lege seruata, ut neq; bigamus, neq; poenitēs  
nec neophitus ad hos gradus possit admitti.

**DE VESTIBVS SACERDOTALIBVS, Ca. XIII.**

Eueste ergo sacerdotali moderna, ad antiquū  
d ueteris testamenti habitum, comparationem  
facientes, secundum maiorum sensum quid  
mystice significet prosequamur.

**DE SVPERHVMERALI, Ca. XV.**

*Superhumeralis sit*

Rimum ergo eorum indumentū est Epho-  
p Bat, quod interpretatur superhumeralis  
neum, quod significat mundiciam bonorū  
operū, Hinc bene in lege cum dominus de  
ueste sacerdotali Moysen iustituit, primum de super-  
humerali faciendo p̄cepit, quia quisq; ad sacerdotiū  
ciii